



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Punct. XVI. An dominium bonorum acquisiteorum transeat ipso iure in
uxorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

lucratis, vel vxor suos filios aut matrem, non tenetur alteri conuix ad prædictas expensas concurrere. Nam esto hoc debitum à lege impositum sit, leg. si quis à liberis. ff. de liber. ag. noscend. At quia non est debitum cedens in bonum familiae, sed tantum in bonum ipsius coniugis cuius sunt filii vel parentes, concurrere ad illius solutionem alteri conuix non tenetur.

Præterea hoc debitum alendi filios vel parentes censendum est matrimonium antecedere, cum causa eam obligationem inducens matrimonium antecesserit. Sic plures allegans Burgos de Paz in quæst. ciuilib. q. 2. n. 18. Gutier. 2. pract. q. 129. tametsi contrarium censet Matien. leg. 3. gloss. 7. n. 107. tit. 9. lib. 5. noua collect.

6. Controuersia autem inter Doctores est, An debita pro alenda familia contracta teneatur vxor ex suis propriis bonis dotatibus soluere pro dimidia cum superlucrata non sufficiunt. Et quidem si maritus habeat bona propria ex quibus ea debita vxorem deobligari in comperto est apud omnes. At cum mariti bona non superent, neque ad sunt superlucrata est grauis quaestio, an vxor teneatur ex suis bonis dotatibus hæc debita soluere. Videntur affirmare Palacios Rubios in repetit. Rub. de donat. inter vir & vxor. s. 66. num. 6. & plures relati à Petro Barbofa in leg. si constante. num. 52. ff. soluto matrim. Ductum ex doctrina Bart. in leg. his solis. Digest. de condit. in ebit. cum ex eo quod in bonum vxoris, & in satisfactionem obligationis ab ipso præstanda infumpra sunt, ac proinde factem actione negotiorum gestorum peti ab vxore possit.

7. Nihilominus asserendum est neque in foro exteriori, neque in foro conscientie oblatam esse vxorem ex suis bonis dotatibus debita hæc soluere, quia bona dotalia eo priuilegio potiuntur, vt omnibus aliis creditoribus mariti etiam anterioribus præferri debeant. Si autem vxor obligata esset ex his bonis debita mariti soluere priuilegium inutile esset.

Præterea in leg. 61. Tauri quæ est 9. tit. 9. lib. 5. noua collect. caueatur non esse vxorem compellendam ex suis propriis bonis soluere debita contracta ob ipsam alendam, sustentandam, aliaque obsequia præstanda quæ maritus præstare tenetur, tametsi ipsa se simul cum marito obligasset. Ergo à fortiori non obligabitur, cum solum maritus se obligauit. Sic aliis relatis docet Petr. Barbofa vbi supra, num. 51. Gamma de iur. 366. Mol. disputat. 435. post med. Rebell. 2. p. de oblig. iustit. lib. 6. quæst. 1. num. 10. Neque his obstat contraria ratio. Nam maritus contrahens hæc debita non agit partes vxoris, sed suas, cum ipse ad alendam vxorem ex suis bonis teneatur.

8. Temperat autem Rebell. & bene hanc sententiam, ne procedat siuecuius quo maritus cum debita contraxit non habeat bona, neque sperabat habere ex quibus illa debita solueret. Nam eo casu nulla alenda vxoris obligatione teneatur, sed ipsa ex propriis se alere debebat. Ergo maritus maritum petens, debitum contrahens pro ipsa, cuiusque familia alenda negotium illius vtiliter gessit, ac proinde actione negotiorum gestorum compelli poterit argum. leg. 3. vers. & regulariter. ff. de in rem verso. leg. si me. & Titiam ff. si certum petatur. Etenim vxor hac in specie ex bonis alienis locupletior est, siquidem propriis eorum occasione peperit. Et sic intelligendus est Matienzo leg. 3. gloss. 7. num. 5. tit. 9. lib. 5. collect.

9. Illud est certum debita prouenientia ex delicto ab vno ex coniugibus contracta non esse alterum coniugem innocentem obligatum soluere etiam ex bonis superlucratis sibi competentibus. Vt decidit leg. 77. Tauri quæ est. 10. tit. 9. lib. 5. noua collect. & Doctores ibidem communiter.

PVNCTVM XVI.

An dominium bonorum acqvisitorum transeat ipso iure in vxorem?

1. Præmittitur in societate omnium bonorum transferri dominium & possessionem eorum que vnusquisque habet absque vlla traditione.
2. Plures Doctores censent dominium eorum que maritus acqvisit non transferri in vxorem matrimonio constans.
3. Contraria sententia verior, & communior est.
4. Satisfit rationibus oppositis.
5. Hoc dominium quod vxori competit non est in actu, sed in habitu.
6. An vxor dissoluto matrimonio agere possit absque vlla cessione aduersus creditores mariti.
7. Verius est non posse absque cessione hæredum, vel adindicatione.
8. Soluuntur rationes opposita.
9. Coniux decedens absque vlla acceptatione bonorum que constans matrimonio quaesita sint ad hæredes transmisit.
10. Propositur obiectio, & soluitur.

VT quaestio hæc decidatur præmittendum est in societate omnium bonorum transferri dominium & possessionem eorum que vnusquisque habet absque vlla traditione leg. 1. vlt. & leg. 2. ff. pro socio. iuncta leg. traditio. Cod. de pactis. Idem est de bonis nomine communi societatis quaesitis, vt in leg. 3. §. specialiter. ff. pro socio. Eorum autem que quis proprio nomine comparat nequaquam dominium transferunt, tametsi lege societatis sint diuidenda. leg. si quis societatem, & ibi Gloss. ff. pro socio. Iure autem nostro regio in societate omnium bonorum transferunt dominium indistinctè, & possessio eorum que vnusquisque socius proprio nomine, vel communi societatis emicit, vel acqvisit. Vt habetur leg. 6. tit. 10. par. 5. & leg. 47. tit. 28. par. 3. & tradit ex communi Anton. Gom. leg. 53. Tauri. num. 76. & lib. 2. var. 5. n. 3. Couarru. 3. var. c. 19. n. 1. & 2. Matien. leg. 2. gloss. 3. n. 6. tit. 9. lib. 5. collect. His positus.

Quoad nostrum casum attinet plures grauesque Doctores, Ancharan. cons. 102. incipiente contra actam decernam. Jo. quens de simili statuto. Palacios Rub. in repetit. Rub. de donat. inter vir. & vxor. s. 65. num. 11. Castillo leg. 61. Tauri. c. 1. & latius omnibus Tellus Fernandez leg. 16. Tauri. num. 10. & seg. vique in finem. censent dominium eorum que maritus acqvisit non transferri in vxorem matrimonio constans, sed solum competere actionem vxori, vt dissoluto matrimonio ipsi communicentur. Ducuntur quia iure communi inspecto nihil de acqvisitis vxori communicatur ex notatis in leg. Quibus Mutius. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in specie declarauit Aretin. post Roman. in leg. ex amaro. & in leg. rei iudicata. §. si à socio. ff. soluto mar. At iure nostro regio nullo est textus ex quo hæc communicatio aperte colligatur; ergo asserenda non est. Minore probò Nam lex 1. tit. 9. lib. 5. collect. quæ fuit 203. ff. de iur. etia. decida omnia bona quæ coniugibus habentur esse vtriusque coniugis pro dimidia parte, nisi ea que vnusquisque probauerit sibi propria, hoc intelligi debet quoad quantitatem, sed non quoad qualitatem, vt quoad fieri possit minus iuri communi derogentur. Deinde in leg. 2. eiusdem tit. & lib. quæ fuit lex 1. tit. 3. lib. 3. fori. quamuis statuat, vt omnia que maritus, seu mulier comparauerint, seu emerint, cum simul existerint vtriusque sint, satis id intelligi potest vt diximus de quantitate, non de qualitate, & modo eam possidendi. Præterquam quod hæc lex videtur loqui de iure quæ emptione ab vtroque coniuge comparatur, quod mirum non est quod vtrique quarantur. Adde verbum habere generale esse, & indifferens, vt comprehendat dominium, possessionem, & actionem, seu actionem. Vt colligitur ex leg. 1. §. quod autem. ff. de vir. & vi arm. & ex leg. qui conuinciam. s. cum ita. leg. siue commissi. ff. de legat. 3. & specialiter ex leg. verbum habere. ff. de verb. significat. & ibi notat Alciatus. Secundo probatur, quia si bonorum superlucratorem mulier comparat dominium æque ac vir non possit ea pro sua voluntate reuocare. leg. si quis vtriusque differentia. ff. de acqvisenda. possess. At sola voluntate reuocare potest mulier his lucris que sitis. Vt colligitur ex leg. 9. tit. 9. lib. 5. collect. quæ est lex 60. Tauri. Tertio in leg. 77. eodem tit. & leg. quæ est 16. Tauri, caueatur legatum à marito vxori relictum non esse computandum in his bonis que vxorem contingunt ex societate matrimonij, quod frustra diceretur si illorum bonorum dominium haberet, cum non essent vxori à marito debita, sed illius propria. Præterea quid speciale lex agnouit in vxore ob cuius causam legatum à marito relicto decidit non esse computandum in parte que vxorem constans matrimonio, cum nihil dixerit de legato ab vxore marito relicto.

Nihilominus verior, communior, & omnino tenenda est sententia affirmans ipso iure absque vlla traditione dominium & possessionem bonorum superlucratorem constans matrimonio æque vxori ac marito quærit inspecto iure nostro regio. Sicuti post alios antiquiores tradunt Anton. Gomez leg. 53. Tauri. numero 77. & in leg. 60. num. 1. & in leg. 77. num. 2. Gregor. Lopez leg. 55. in gloss. magna. vers. vortatiamen. Couarru. 3. var. capit. 19. numero 2. Matien. lib. 2. gloss. 3. per totam. Burgos de Paz iunior in suis quaestio. quæst. 5. à numero 15. Gutier. 2. pract. q. 118. ex numero 4. Molin. disputat. 434. post prima. Fundamentum est Primò, quia dicitur 1. tit. 9. lib. 5. collect. & lex 2. & 7. eiusdem tituli, determinat superlucrata esse vxoris & viri pro dimidia. Si autem vxor illorum non haberet dominium, sed solum ius & actionem, vt sibi dissoluto matrimonio communicentur improprie illius esse diceretur. Secundo prædictæ leges æque vxori ac viro dicere superlucrata competere, neque illam hac in parte distinctionem designant. Ergo abque fundamento vxori negatur dominium, & possessio quod marito conceditur argum. leg. iam hoc iure. & leg. lucris in parte. ff. de vulgari. & pupillar. vbi cū ab vna forma, & dispositione plura determinantur vniformem recipiunt determinationem: at prædictæ leges regia vnica forma determinat lucrata constans matrimonio mariti, & vxoris esse, ergo æque vtriusque sunt, æqueque vterque dominium & possessionem illorum habet. Neque

Neque rationes in contrarium videntur. Nam prima ex modo dictis soluta est. Specialiter autem negamus ex legibus regum non colligi hoc dominium uxori communicari. Nam lex tit. 9. lib. 5. nona collect. vult ut lib. sum temporis presentis ibi son de ambos de por medio, atque adeo constanter matrimonio debent lucra esse uxoris quoad dominium, & possessionem. argum. leg. que adificium. & aliis Digest. de feruitur. urban. pred. Ad leg. 1. negamus posse intelligi de quantitate, & non de qualitate, cum decisio sit absoluta. Neque tantum loquitur de his que vterque coniux ement, sed de his que quodcumque comparauerit alius superius lex adderet verbum *generem*. Satis enim erat dicere *comparat*. Et licet verbum *habere* ibidem appositum generale sit, at ex subiecta materia determinationem recipit. iuxta leg. 1. §. quod autem alit prator. Digest. de vi. & vi armata. At materia subiecta possessio est rerum constante matrimonio quaeritarum, ibi *Ayam lo ambos de por medio*. Ergo ex vi illius verbi credendum est uxorem rerum quaeritarum dominium comparare, ne vt inquit Gutier. numero 4. alter minus altero confugatur. Ad secundum negamus non posse his lucris mulierem renuntiare, nam esto domino & possessioni iure gentium inducio per traditionem renuntiare sola voluntate non possit, bene tamen domino per legem absque traditione comparato, cum hoc dominium reuocabiliter queratur uxori, sicuti legatario recipitur legati dominium. leg. si tibi homo, cum seruus. Digest. de legat. 1. Ad tertium quod asserit Tell. Fernand. d. leg. 19. in fine. conuincere, non esse concedendum uxori dominium quaeritarum, sed actionem ex lege, vt maritus, vel eius haeredes dimidium partem illorum bonorum cui concedant, respondeo concessa possessione, & dominio illorum bonorum nullam esse dubitationem, quod legatum in parte quaeritorum computari non debeat. Sed quia haec possessio & dominium non erat firmum, sed reuocabile, solumque erat a lege indultum, & non traditione comparatum, merito lex praesumpsit posse plures rationabiliter dubitare, an computandum esset, & ob eam causam id expressit; maxime cum illud civile dominium, & possessio sub opinione Doctorum sit constitutum. De viro autem nihil expressit. Tum quia decedens de uxore censetur de viro a fortiori decidisse. Tum quia secundum omnes vir dominium & possessionem tum civile, tum reale & corporale illorum bonorum quaeritorum comparat. Vide Azucedo leg. 7. in fine. tit. 9. lib. 5. collect.

Porro hoc dominium quod uxori competere non est actu, cum non possit de lucris disponere, est tamen in habitu, & sub nebula quousque matrimonium dissoluatur. Nam eo dissoluto exit in actum, & in veram & actualem dominij, & possessionis communionem. Sicuti explicant Covarru. Gregor. Lop. Anton. Gomez. Matienzo, Gutier. Mol. locis supra relatis.

Hinc dubitant Doctores, An vxor dissoluto matrimonio agere possit absque vlla cessione aduersus creditores mariti virtute instrumenti quarentij ei facti? Ratio difficultatis est, quia dissoluto matrimonio vxor habet dominium, & possessionem actualem bonorum quaeritorum, sicuti illam habent mariti haeredes. Et nomina debitorum inter bona quaerita computantur. leg. que actione. Digest. de Regul. iuris. Ergo virtute dominij in ipsa debita acquisita agere vxor poterit. Confirmatur tum ex leg. de pupillo. §. si plurimum. ff. de noui oper. nuntiat: vbi cum duo rem communem pro indiuiso possident quilibet nuntiare opus potest absque cessione alterius. Tum ex doctrina Baldi in capite 1. An agnati vel filij, vers. extra nota. numero 24. asserentis in re diuisa inter aliquos quilibet absque cessione agere pro sua parte potest. At debita nomina debitorum possidentur pro indiuiso a marito & uxore, & inter ipsos a lege diuiduntur. Ergo quilibet pro sua parte agere absque cessione alterius poterit.

Nihilominus verior, & in praxi tenenda sententia est non posse debita a creditoribus exigere uxorem absque mariti vel eius haeredum cessione, seu adificatione. Sicuti docuerunt Maoluer. in sua pract. tit. 1. de execut. §. item nota. Rebuff. tractat. de litter. obligat. artic. 1. gloss. 9. numero 29. tit. 1. consit. reg. Gall. Petr. Nuñez de Auendaño, respons. 20. per totum. Didac. Perez in leg. 4. tit. 8. lib. 5. ordinam. vers. deducitur secundum. Ioann. Gutier. praedictos referens 2. pract. 9. 118. circa finem. & colligitur ex leg. 1. ff. pro Socio. vbi iura & actiones inter socios etiam omnium bonorum non communicantur absque cessione. Ratio est quia esto vxor simul cum haeredibus mariti dominium & possessionem iurium, & actionum constante matrimonio quaeritorum obtinuerit, at exactio horum iurium non ex dominio, sed ex obligatione personali debitorum nascitur. Cum autem haec obligatio solum marito facta sit; solus ipse eiusue haeredes petere debita poterunt, non autem vxor, nisi ei simul fuerit obligatio, vel maritus, aut eius haeredes partem sibi competentem debitorum adiudicent, quia per ipsam au-

thenticam adificationem quasi cedunt actionem quam in debitores habent.

Ex his soluta sunt oppositae rationes; negamus namque virtute tantum dominij agere pro debitorum solutione, cum haec actio non tam domino quam obligationi personali nitatur. Secus est in leg. de pupillo, vbi sola possessio praestat ius impediendi nouum opus. Baldi verò doctrina vera est, cum ratio agendi dominio nititur, non personalis obligationi.

Secundò dubitatur, An absque vlla acceptione horum bonorum constante matrimonio quaeritorum coniux decedens illa transmittat ad haeredes? Breuiter respondeo ad haeredes ea transmittere cum facultate agnoscendi, vel repudiandi sicuti ipsa habebat, quia illorum dominium iam fuit vxori quaesitum. At esto iura vniuersalia quaeruntur ex testamento vel ab intestato non transmittantur, bene tamen iura particularia prouentientia ex contractu, vel iuris dispositione. argum. leg. 3. ff. de interdictis. Et relegatis. leg. su. Cod. de bonis materis. Sicuti expressè tradit Anton. Gomez leg. 5. Tauri. num. 79. Matien. leg. 5. gloss. 9. num. 3. tit. 9. lib. 5. collect. Gutier. 2. pract. 9. 123. Molin. disput. 435. circa medi.

Quod si dicas haec bona quaeruntur vxori non titulo lucratiuo, sed oneroso: siquidem ob vniuersaque coniugis mutuum societatem a lege concessa sunt. Ergo indigent acceptione vt ad haeredes transmittantur. Occurrendum est licet haec bona quaerita quoad penalitatem & odio a non censentur quaerita titulo lucratiuo, id eoque non aueruntur per transfusum ad secundam vxorem, nec filijs prioris matrimonij referantur. Vt in leg. 6. tit. 9. lib. 5. collect. quae est 14. Tauri, habetur: at tamen quoad fauorabilia titulo lucratiuo quaerita reputantur, ac proinde ad haeredes transmissa censentur. Sicuti Matienzo, & Gutier. pluribus relatis testantur.

PUNCTVM XVII.

An mulier renuntiare possit bonis constante matrimonio quaeritis vel quaerendis, tum in fauorem mariti, tum in praerudicium creditorum?

- 1 Si vxor ante nuptias bonis per maritum quaerendis renuntiet valida est renuntiatio.
- 2 Item si dissoluto matrimonio bonis quaeritis renuntiet.
- 3 An vxor constante matrimonio possit lucris in fauorem mariti renuntiare? Negant plures.
- 4 Contraria sententia tenenda est.
- 5 Fundamentum oppositae sententiae dissoluitur.
- 6 Quoad creditores attinet varia proponuntur sententiae.
- 7 Distinctio quaeritis resoluitur.
- 8 Propositum obiectio, & soluitur.
- 9 Si dissoluto matrimonio vidua longo tempore bonis suis lucratiuis se immisceat, censetur ea acceptare, nisi probet ratione pignoris, dotis, aut suorum bonorum ea retinere.

Quaestio procedere potest de renuntiatione ante nuptias, vel nuptias contractis, vel illis dissolutis. Si vxor ante nuptias bonis per maritum quaerendis renuntiet, ferè omnes doctores conueniunt validam esse renuntiationem, cum per haec reducatur mulier ad terminos iuris communis, quo nihil de superlucratu, vxori concedebatur. Sic plures firmant Anton. Gomez leg. 60. Tauri Matien. leg. 9. gloss. 1. num. 1. tit. 9. lib. 5. nona collect. & ibi Azucedo 2. & 6. Gutier. 2. pract. 9. 126. num. 1. & colligitur ex leg. si sponsus. §. si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor.

E contra dissoluto matrimonio nihil est quod hanc renuntiationem impediat, nam tunc mulier sui iuris est, ac proinde tanquam de re propria disponere potest, & in hoc casu expressè videtur loqui leg. 9. tit. 9. lib. 5. collect. quae est 60. Tauri dicens. Quando la mujer renuntiare las ganancias no sea obligada a pagar algo de las deudas que el marido hubiere echo durante el matrimonio, quasi renuntiatio fuerit de lucris constante matrimonio quaeritis. Vt bene ponderat Gutier. num. 3.

Quapropter difficultas solum versatur; An constante matrimonio possit vxor his lucris in fauorem mariti renuntiare? Negant Gregor. Lopez leg. 5. tit. 11. part. 4. gloss. contra manera. Burgoz de Paz in quast. civilib. quast. 9. numero 10. Menchaca lib. 1. controuers. vsusquequent. cap. 13. num. 6. Mol. disput. 435. ante medi. Quorum praecipuum fundamentum est quia donatio inter coniuges est prohibita. Vt per totum tit. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in decretalib. constat. At ex vi huius renuntiationis marito conceduntur lucra quorum dominium vxor habebat. Ergo est facta donatio. Neque obstat si dicas non esse inter coniuges prohibitam dona-